



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

Septima Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

CONSIDERATIO

SEPTIMA.

DE FRUCTIBVS, QUI EX
DOMINICAE PASSIONIS
meditatione colligendi
sunt.



VXTA *sancti Bernardi* Sermo. ii. in
consilium, duo potissimum in Cant.
nostra Redemptionis myste- In Passione
rio expendenda veniunt: al- Dominicae
terum est modus seu methodus, à DEO modum &
in illo efficiendo & absoluendo usurpa- fructu præ-
ta: alterum est fructus, qui ex illo e- cipue con-
ruendi sunt. Præcipuum & maxi- sideranda
imum (inquit ille) opus nostræ Re- esse.
demptionis, à memoria redempto-
rum aliquatenus nõ recedat; in quo
opere duo potissimum, quæ nunc
occurrunt, vestris studijs intimare
curabo. Duo ergo illa sunt, modus &
fructus. Modum, de quo hæcenus la-
tè fusequè tractauimus, dicit esse DEI
(ut ita loquar) exinanitionem: Et mo-

M m a dus

544 DE FRUCT. PASS. SALV.
dus quidem DE I exinanitio est
Fructum nostri de DEO imple-
nem. Fructus verò nostri de illo re-
pletio. Quæ omnia spem nostram
excitant, & amorem inflammant,
quorum utrunque ad spirituales pro-
fectum nobis necessarium est. Ut
ergo salubre sanctissimi Patris huius con-
silium sequamur: cum hætenus
modo ac methodo egerimus, in sequen-
tibus capitibus, tractatio nobis erit
de quibusdam eximijs fructibus, quæ
anima pia ex sacratissima Christi
liberatoris nostri passione col-
ligere poterunt, ac de-
bebunt.

DE
NE
tie.



rum
de fr
ma i
infer
ama
sona
rum
dolo
nec
mer
pass
que
rati

DE

DE COMPASSIO-
NE, QVA CHRISTO PA-
tientis & cruci affixo compati debe-
mus: qua est primus sacra
Passionis fructus.

CAPVT I.

SI in nobis esset ac vi-
geret, verus erga Chri-
stum Redemptorem a-
mor, & integra actio-
num illius, tormento-
rumque acerbissimo-
rum cognitio, non esset opus aliquam hic
de fructu compassionis, qui ex sacratissi-
ma illius Passione petendus, mentionem
inferre: eò quod effectus iste necessariò in
amante, & grauitatem suppliciorum per-
sonæ dilectæ cognoscente gignatur. Ve-
rum quia non omnes, qui Christi summos
dolores norunt, illum ex corde diligunt:
nec qui eum diligunt, cognitionis tor-
mentorum eius, à qua ad pium hunc com-
passionis affectum incitari & inflammari
queant, capaces existant: varijs conside-
rationibus & motiuis in hoc capite, af-
fectum

Ex amore &
cognitione
oritur com-
passio.

Mm 3

fectum hunc in eorum, qui illum sentire
volent, animis excitare curabo.

I.

Necessariū
est compati
Christo pa-
sienti.

Serm. 29. in
Cant.

PRIMO igitur cōsidera: vnum ex fructi-
bus, quos Domin⁹ ex sua sacratissima Pas-
sione nos colligere ac referre vult, esse cō-
passionem, & internū animi dolorē ex illa
conceptum: cuius rei manifestū dedit inci-
pium, teste S. Bern. quando in Cruce pen-
dens, fortiter exclamavit. *Ascendit Christus
in altum* (inquit idem S. Pater) *vt ab omnibus
videretur; alta voce clamavit, vt ab omnibus
diceretur: clamori sletum admiscuit, vt hominibus
pateretur: qui ad hanc vocē non cōcutitur, pena
gravior est, et petra duxior, sepulchro satidior.*

II.

Gratissima
est Deo ista
compassio.
*Lib. de vi-
ta Christi,
tract. de
pass. 4. 59.*

*Lib. contra
Iudaeos.*

SECUNDO considera: vsque adeo gratam
esse Christo sanctissimæ Passionis suæ mo-
riam, & cōpassionis per illā excitatū
fectū, vt, quemadmodū Ludolphus Car-
sianus refert, cuidā personæ reuelauerit, si
quis dolores ipsius mente reuoluendo, lac-
chrymas ex cōpassione pfunderet, nō al-
ter se illud suscepturum, q̄ si easdē lacry-
mas martyr inter supplicia tortorū profu-
disset. Huc facit q̄ Tertull. alicubi notat,
ex eo videlicet manifestū sumi indicium,
gratissimum esse Deo, vt ex cōsideratione
Passionis filij eius, fructū cōpassionis colligamus; q̄ præceperit Agnū Paschalem, qui
Christi crucifixi figū fuit, ignitis diuini
moris carbonibus tostū, cū lactucis amaris
manducari.

manducari: vt insinuaret, quotiescunque mysteriū hoc mente tractamus, vel de illo loquimur, nos amaris cū lachrymis, & interno cū animi dolore illi cōpati debere.

TERTIO considera, maximas obligationes, quib⁹ Domino tuo cōpati teneris: inter quas *prima* est, gratitudo: quia cum ille tanta scelerū & miseriarū tuarū cōmiseratione tactus fuerit, vt eas sibi proprias effecerit, & vt ab illis te eximeret, pati, sustinere, & crucem subire non dubitauerit: rationi conueniens est, vt tu quoque si idem pro illo facere nequis, corde, vt minimum, ei tenerè compatiaris.

Secunda est, iustitia & charitas: quia si proximorum & fratrum tuorum damnis ac detrimentis compati obligatus, es: cum Christus frater & proximus tuus effectus sit, æquum est, vt dum illum cruciari conspicis, tormentis eius condoleas, &, quoad fieri potest, compatiaris.

Tertia est, humanitas naturalis: quia si naturaliter hominis tui similis, quem forte in plateis vulneribus cōfectum, & misericordiam flagitantē iacere vides: aut alterius animalis sub onere lapsi, & miserandū in modum vociferantis, commiseratione tangeris, quomodo nō magis ad cōmiserationē te permouebit Domini tui aspectus, hominis tui similis, pro tui amore, toto

Mm 4 corpo-

III.

Obligati sumus compati DEO.

I.

Propter gratitudinem.

2.

Propter iustitiam & charitatem.

3.

Propter humanitatem naturalem.

corpore concisi, ac vulneribus deformati, qui non modò sub grauiſſimo Crucis onere corruit, ſed etiam in eandem immaniter tollitur, ac demum perimitur? Profectò ſi his tam inſolitis & inauditis ſpectaculis non commoueris, quemadmodum factus accidebat, (qui in acerbiffimos ſtetus ſoluebantur) lapides & creaturæ omnes, te velut ingratum, iniuſtum, & inhumanum condemnabunt.

IV.

Honorat
Chriſti paſſionem qui
ei compa-
titur.
Serm. 13. de
Paſſ.

QUARTO conſidera, vnum ex veterum indi-
cijiſ, quod Dominicam paſſionem honores ac reueraris, eſſe hanc compaſſionem: vti ſanctus Leo Papa his verbis confirmat: *Verus, inquit, venerator Domini-
ce paſſionis, ſic crucifixum IESUM oculis car-
dis aſpiciat, vt illius carnem, ſuam eſſe cognoſcat: contremiſcat in Redemptoris ſui ſupplicia
terrena ſubſtantia, rumpantur infidelium munitium petra;*

V.

Incitamen-
ta ad com-
paſſionem
nos excitantia.

QUINTO conſidera incitamenta, que præter obligationem, ad compatiendum Chriſto animum exſtimulant.

I.

Aſpectus
Chriſti in
Cruce pen-
dentis.

Quorum *primum* ſit; ſtatueri illum ante mentis oculos, in ea ſpecie, qua maxime ad compaſſionem & commiſerationem mouet, nudum, flagellis toto corpore conſciſſum, & in conſpectu atque frequentia totius populi, in Crucis patibulo, medium inter duos latrones, ignominioſè pendente.

tem, quemadmodum sanctus Anselmus ^{In spec. E-}
 docet, quando de ratione, hunc in nobis ^{vang. c. 12.}
 commiserationis affectum suscitandi, dis-
 ferit, dicens: *Adhuc autem attentius illum in-
 tuere, quia grandi admiratione, imo compassio-
 ne dignus apparet. Vide nudum & verberibus
 laceratum, in medio latronum, Cruci ignomi-
 niosè ferreis clavis affixum; aceto in Cruce po-
 tatum; & post mortem lancea in latere vulne-
 ratum; & copiosos sanguinis riuos ex quinque
 vulneribus manuum, pedum & lateris effun-
 dentem. Fletum deducite oculi mei, & liquefce
 anima mea igne compassionis super contritione
 amabilis viri illius, quem in tanta mansuetudi-
 ne, tantis vides afflictum doloribus.*

*Secundum incitamentum, ad hunc com-
 passionis affectum in nobis suscitandum, 2.
 sit: attentè audire ac ponderare, verba illa
 lachrymabilia, quæ Christus inter cætera
 in Cruce protulit, dicens: DEVS meus,
 DEVS meus, vt quid dereliquisti me: Quæ vt
 sanctus Augustinus affirmat, sicut ex af-
 flicto corde cum ingenti singultu prodie-
 runt, ita aptissima sunt in animis pijs tene-
 ram compassionem, & dolentem amorem
 suscitare. Solliciti, inquit, & pro nobis in tri-
 bulatione posui verba sunt ista: verba quidem
 teneritudinis & mæroris: verba amaritudinis
 & doloris: nam qui deuotè considerat quàm
 anxio gemitu, & quàm alto singultu, ex quàm
 M m s profun-*

Verba la-
 mentabilia
 à Christo in
 Cruce pro-
 lata.

S. August.

profundo luctu, ex quam amaro planctu, huc
vox in Cruce proruperit ab ore Domini I. E. S. V.
nullus est, si haberet pectus ferreum, quin mol-
liretur compunctione; si saxeam, quin scinde-
retur compassione; si ligneum, quin steteretur
consideratione; si cereum, quin liquaveretur con-
templatione.

Quanta per-
uersitatis sit
Christo non
compari.
Similia.

Ad horum Christi dolorum considera-
tionem, quoniam mentes nostras haud-
quaquam applicamus: hinc est, quod tene-
bris peccatorum excæcati, similes reddi-
mur saxis durissimis, quæ, quantò clario-
ri & limpidiori fonte molliuntur ac res-
perguntur, tantò amplius siccantur & in-
durantur: quia sicut saxum forinsecus tan-
tum suscipit humectationem, ita dum
quoque corda nostra forinsecus tantum
fontem Dominicæ Passionis suscipiunt,
& ab illo exterius resperguntur, ac intrin-
secus sicca & arida permanent. Et quem-
admodum arena maris, quantò pluuijs aut
mari copiosius irrigatur & humectatur,
tanto efficitur sterilior & infecundior:
ita nos, quò vberius mari Passionis Chri-
sti irrigamur, eò magis viuendo in ha-
bitu peccatorum, reddimur steriliores &
infecundiores, salutem nostram non ope-
rando.

Quod si adamas, quantæcunque etiam
duritiei mollificatur & edomatur sanguine.

ne hirci, cur nos non mollimur sanguine Christi, aut certè cordis duritiem deponimus? Moyses virga percussit petram & fluxerunt aqua: hæc virga significat Crucem Christi, quæ dura corda feriens, facit profuere lachrymas pœnitentiæ: quin & memoria Dominicæ passionis, emollit corda credentium, & propriam fragilitatem ac insufficientiam agnoscentium, atque incessanter ad diuinam opem cõfugientium & dicentium cum Dauide. *Ego egenus & pauper sum, DEVS adiuua me. Adiutor & liberator meus es tu, Domine ne moreris.*

Exod. 17.
Num. 20.
Psalm. 77.

Psalm. 69.

Tertium incitamentum sit, considerare, quod nos ipsi fimus causa Passionis illius: tum enim, multò acerbius premit atque affligit nos malum alterius, quando cernimus, nobis cruciatum illius causam attribuendam esse; maximè si is qui ea patitur, sit nobis arctissimo consanguinitatis aut amicitia vinculo coniunctissimus, vti est Christus, qui non tantum est frater noster, verumetiam adeo fidelis & integer amicus, vt animam suam pro nobis traderit.

3.
Quia nos tormentorum Christi causa.

Quartum sit, innocentia Christi, videtur enim rationi esse consentaneum, illi maximè compati, qui sine scelere & noxa patitur. Vnde bonus Latro ex hac causa ingenti illius commiseratione tactus, ad commiliti-

4.
Quia innocenter Christi patitur.

militonem suam ait: *Nos quidem digna se-
ctis recipimus: hic verò nihil mali gessit.*

5.
Quia pauci
ei vere cõ-
patiuntur.

Quintum sit, quia pauci sunt, qui ex ani-
mo in tantis laboribus & cruciatibus ei
compatiantur; cum tamen nihil sit, ad
quod homines innumeris nominibus sint
obligatiores, quàm ut ei compassionem
impendant: hoc enim est, de quo tantope-
rè per Prophetam conqueritur, dicens:
*Sustinui qui simul contristaretur & non fuit
& qui consolaretur & non inueni.*

Psalm. 68.

6.
Sanctorum
imitatio.

Sextum & ultimum incitamentum sit
Sanctorum imitatio, qui omni tempore
maximo studio, & industria hunc in se-
metipsis affectum suscitare conati sunt: ut
proinde dolorosissimæ Passionis filij Dei,
tenerrima cum animi compassione facie-
bant indies memoriam, iuxta illud Christi
monitum. *Hoc facite in meam commemora-
tionem.*

*Luc. 23.
1. Cor. 11.*

Vbi aduerte hanc compassionem fuisse
forsitan vulnera illa, quæ sanctus Paulus
Apostolus aiebat, se cordi impressa habere:
*Stigmata, inquit, Domini IESU in corpore
meo porto. Et rursum: Christo confixus sum
Cruci.*

*Galat. 6.
Ibid. 2.*

Speciatim verò inter omnes sanctos, sit
nobis ad imitandum proposita Beatiss.
virgo MARIA cælorum Regina: quæ
sicuti præ omnibus filium suum IESUM
Chri-

Christum, Redemptorem & Dominum nostrum ardentissimo amore complexa est: ita quoque præ omnibus ei tenerimè compassa fuit, & ex dolore, quem capiebat ex memoria tormentorum illius, assidue in acerbis lachrymas resoluebatur & liqueſcebat, vti S. Ecclesia his verbis innuere videtur. *Stabat mater dolorosa, iuxta Crucem lachrymosa, dum pendeat filius.*

Ex quo considerare & coniecturare poteris, magnæ sanctitatis & repletionis Spiritus sancti argumentum esse: hunc commiserationis affectum in animo sentire, & Christi doloribus tenerè compati. Nam **D E V S** per Zachariam Prophetam inquit. *Effundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem, spiritum gratiæ & precum: & aspicient ad me quem confixerunt.* At quis erit effectus, & quod indicium huius spiritus? Subiungit. *Et plangent cum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti.* Quod perinde est, ac si dixisset. Quicumque Spiritu sancto meo impleti fuerint, signum hoc dabunt: intuentes in Dominum Crucifixum, in lachrymas & fletus acerbissimos resoluuntur: tantoque cum animi mœrore & compassione mortem illius deplorabunt, quanta consueuerunt homines vnici filij obitum deflere.

Compati Christo est indicium sanctitatis.

Zach. 12.
Ioan. 19.

P O R -

Quomodo
compatien-
dum sit
Christo.

PORRO considera quoque modum, quo tibi Christo compatiendum est: non enim satis est quoad affectum ei compati, sed necesse est, ut quoad effectum etiam illi compatiaris, partim in tribulationibus occurrentibus: partim in spontanea alicuius mortificationis & penitentiae assumptione: cui sanctus Ambrosius his verbis astipulatur. *Qui autem compatitur, inquit, non perfunctorie compatitur, sed ut tribulationes Christi in suo corpore impleat, sicut implebat Paulus, qui dicebat. Adimpleo ea, qua desunt Passionum Christi, in corpore meo.*

Cant. 8.

Ad utilem & necessariam hanc nemodo cum affectu: verumetiam cum effectum compassionem, inuitamur in Canticis Canticorum his verbis: *Pone me, ut signaculum, super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quibus sponsus, animam, dilectam sponsam suam inuitat, ut incessanter cruciatus suos grata cum recordatione mente verset, et illis que compatiatur, partim intrinsecus, hoc enim significatur verbo cordis: *super cor tuum: partim forinsecus, externis videlicet operibus penitentiae, hoc enim indicatur sub nomine brachij: *super brachium tuum.***

AD extremum CONSIDERA: *Qua-
libet*

Ne sit illis præmium propositum, qui Christo in afflictionibus suis ex animo compatiuntur: videlicet, summa cælestis regni felicitas & gloria; de qua non modo Regius Psalmista nos certificat dicens: *Qui seminant in lachrymis in exultatione metent: verumetiam S. Paulus Apostol. inquit,* *Si tamen compatimur, ut & conglorificemur.* Et rursus: *Si sustinebimus & correptionem.* Sic namque locum hunc sanctus Gregorius Papa intelligit, cum ait. *Compatere ergo Salvatori nostro IESU, memoriam Passionis & vulnerum eius in corde tuo habendo, certissimè confidens, quod eius consolationis socius in futuro efficièris, si eius tribulationis in presenti socius inueniris: nec enim pro ipso perlugentibus gloriam suam negabit, qui nec Magdalena dolenti, & ipsum querenti, resurrectionem suam occultari voluit. Vnde Apostolus: Si tamen compatimur: ut & simul conglorificemur.*

Quale præmiū Christo compatiētib' sit propositum.

Psalm. 125.

Rom. 8.

2. Tim. 2.

Lib. 6. moral. cap. 6.

DE GRATITVDINE, QVAM
Dominica Passioni reddere obligamur: quæ est secundus eiusdem Passions fructus.

CAPVT II.

CERTA atque vnanimi sanctorum Patrum doctrina instruimur, vnum ex præ-

Gratitudo
est fructus
Dominicæ
Passionis.

In spec. E-
uang. c. 7.

Serm. 22. in
Cant.

ex præcipuis fructibus, qui è sacratissimo vnigenæ DEI filij perpeffione colligendi nobis sunt, esse gratitudinem & illius effectus, puta, beneficij memoriam, gratiarum actionem, & promptum ad vicissitudinem reponendam animum, & alia similia. Quapropter sanctus Anselmus diuinas causas, cur Christus Dominus, tot tantæque sustinere voluerit, enumerat, hanc quoque inter cæteras adfert, nimirum, ut nos ad gratitudinem excitaret. *Vt maior, inquit, erga te amoris & gratitudinis stimulus haberemus, naturalem carnis infirmitatem huiusmodi indicijs in te expressisti.* Et sanctus Bernardus dicit, idcirco voluisse Dominum tantis laboribus ac tormentis hominem redimere, ut hac ratione vitium ingratitudinis ab illo propulsaret. Verbaliter hæc sunt. *Dicit aliquis; non valuit opus suum reparare creator absque ista difficultate valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimum atque odiosissimum vitium ingratitudinis vitia reperiret in homine.* Perspicuum igitur & euidentis est, vnum ex fructibus è sacra Domini passione petendis esse gratitudinem, quæ quomodo vtiliter exercenda sit, præsentis capite demonstrabimus.

I. PRIMVM ergò CONSIDERA: si eximijs & singularibus beneficijs, eximie quoque & singularis debetur gratitudo.

iustissimum esse, vt in animis nostris hæc virtus erga Christum Liberatorem nostrum mirificè resplicet, cum ille nos summo & ineffabili beneficio in sacra Passione sua decorauerit, qua nihil maius & excellentius fingi, cogitari, aut animo comprehendi potest. Quàm verò sit rationi consentaneum nos propter beneficium Passionis, hanc erga Christum gratitudinis obligationem ostendere, declarat idem sanctus Bernardus his verbis. *Sanè multum* Serm. 11. in Cant. *fatigationis assumpsit, quò multà dilectionis hominem debitorem teneret, commoneretque gratiarum actionis, difficultas redemptionis, quem minus esse deuotum fecerat conditionis facilitas.* Quibus verbis hoc innuit. Quod Dominus in nostræ salutis opere tot labores & cruciatus subire non detrectauerit, potissimam hanc esse causam, vt excitaret in nobis sanctum hoc gratiarum actionis, & assiduæ pro accepto beneficio, laudationis desiderium & affectum; quod non æquè efficaciter ageret, si remedio faciliori ad nos redimendos vsus fuisset.

Accedit ad hanc obligationem nostram quoque vtilitas, quæ nos etiam exstimulare debet ad exoluendum Christo debitum hoc meritæ gratitudinis: non enim gratias Deo, propterea referimus, quod nostris ille gratias ageat, verum vt obligatio

Ad gratitudinem nostram nos vtilitas debet incitare.

Nn gatio-

Homil. 7. 2.
ad popul.

gationi nostræ satisfaciamus, illumque ad noua in nos beneficia conferenda incitemus: ad hoc namque hortatur nos sanctus Ioannes Chrysostomus inquitens. Pro igitur omnibus DEO gratias agamus, & in eum, qui nos tantis profecutus est beneficijs, gratitudinem exhibeamus. Nec enim graue quæpiam, aut molestum à nobis exposcit, nisi tantum, ut tot tantaque consiteamur beneficia, & sibi pro ijs gratiarum actiones referamus; non quod huius indigeat, sed ut bonorum largirem nos conciliare doceamur, & ne simus ingrati, & ut illum in maiorem circa nos aliorum prouidentiam.

Beneficium
Passionis
vnicuique
specialiter
collatum
fuit.

Galat. 2.

CONSIDERA præterea obligationem hanc, non tantum esse omnibus communem, verumetiam vnicuique specialem, quemadmodum ipsum quoque beneficium ita specialiter vnicuique donatum fuit, ac si nemini alteri collatum esset: teste S. Paulo Apostolo, qui beneficium hoc ita sibi attribuit, ac si soli sibi præstitum fuisset, his verbis. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Si ergo beneficium hoc vniuscuiusque speciale est, speciatim quoque vnusquisque Christo debitas gratias referre tenebitur. Porro considerationem huius beneficij non qualemcunque, sed quæ beneficium hoc velut sibi proprium & particulare secum expendit, esse vtili-

sumam

firmam & conuenientissimam ad excitandum in animis nostris affectum gratitudinis, inde patet: quoniam eximia beneficia & opera præclara, si in se considerentur, solent potius admirationem, quam alium affectum parere: at si considerentur vt nostra & in nostri gratiam præstita, non possunt non in animis ratione vtentibus, validos gratitudinis & pietatis affectus producere.

SECVNDO considera, trifariam posse & debere hominem, gratum erga Christum, pro insigni hoc beneficio, animum ostendere.

Primum assidua illius recordatione; hoc enim Christus ipse à nobis exigere videtur verbis illis: *Hoc facite in meam commemorationem.* Quam verò id gratum sit DEO, coniecturare potes ex memoria temporalium beneficiorum, quam à Iudæis in veteri testamento flagitabat; nam vt omni tempore illa mente retinerent, quemadmodum Tertullianus notat, minutissimas eis leges præscripsit, secundum quas non modò templa exædificarent, verum etiam vasa funderent, & domi forisque se gubernarent. *In ipsis, inquit ille, commercijs vita, & conuersationis humana, domi ac foris, adusque curam vasculorum omnifariam distinxit, vt istis legalibus disciplinis*

II.

Tribus modis grati Christo esse possumus.

I.

Beneficij recordatione. *Luc. 23.*

Lib. 2 aduers. Mars. cap. 19.

occurrentibus ubique, illi ne momento vacent
à DEI respectu.

Si autem DEVS ab Hebræis, tot mini-
tarum legum obseruantia, voluit assidua
sui memoriam conseruari, propter tem-
poralia quibus illos ornauerat, beneficij
quid putas ab omnibus Christi fidelibus
pro tam eximio & singulari beneficio, ce-
iusmodi est, sempiterna ipsorum salus exi-
get? Præsertim cum in hunc finem, Ecclē-
siam quam plurimis ritibus, sacrificijs, ce-
remonijs, & sacramentis instruxerit, qui-
bus animas nostras ad assiduam sui, be-
nificiorumque suorum recordationem,
quasi calcaribus quibusdam exstimulare.

2. *Attēra eiusdem meditatione.*
Thren. 1. *Secundò,* attenta Passionis eius medita-
tione: ad quam Christus per Hieremiam
Prophetam nos inuitat dicens: *O vos om-
nes, qui transitis per viam attendite & videte,
si est dolor, sicut dolor meus.* Quare quisquis
omnibus alijs negotijs sepositis, totum se
tradat contemplationi & meditationi a-
cerbissimorum Christi dolorum, internu-
rumque animi afflictionum, iniuriarum
& contumeliarum, quæ nostra causa per-
pessus est; facit ei rem supra quàm dici pos-
sit gratissimam, veramque pro tanto bene-
ficio gratitudinem ostendit.

3. *Gratiarum actione.* *Tertiò,* immortales ei gratias referendo
pro eximijs bonis, quæ tibi in suæ Passio-
nis opo

nis opere contulit: quia sicut gratiarum actio, est præcipuorum gratitudinis effectuum non minima; ita per illam gratitudo potissimum demonstratur. Vbi **C O N S I D E R A** nos per hanc gratiarum actionem, aliquo modo satisfacere arctissimæ obligationi, qua **D E O** pro suis beneficijs deuincti sumus: nam propterea, uti Ter-
Lib. 4. ad- uers. Marc.
 tullianus notat, leproso illi, qui post lepram effugatam, carnemque pristinae sanitati restitutam, ad Christum redijt, eique pro accepto beneficio meritas grates persoluit, Christus non imperauit, ut oblationem quam lex præscribebat, in templo Pontifici, præsentaret: quo nimirum nobis daret intelligere. *Quia satis iam obtulerat, gloriam D E O reddens: intellexerat enim veram se D E O omnipotenti oblationem, gratiarum scilicet actionem, apud verum templum & Pontificem eius Christum, facere debere.*

III.

T E R T I O considera, cum non valeas Christo Redemptori quicquam rependere, quod dignum sit dono infinito, quo te per sacratissimam Passionem suam affecit, etiamsi temetipsum infinities pro illo donares & sacrificares: te ut minimum debere illi gratias, quas concipere potes, maximas, ex intimo animi affectu reddere: quoniam hoc gratiarum thesauro obliga-

Nn 3 tioni

*Homil. 1. ad
popul.*

tioni grauissimæ, qua illi obstrictus es, aliquo modo satisfacis: propterea namque sanctus Ioannes Chryostomus gratiarum actionem nominat thesaurum ingentem, & diuitiarum fontem inexhaustum. *Magnus, inquit, thesaurus gratiarum actio, magna diuitia, inconsumptum bonum.* Quæ enim maiores opes reperiri aut cogitari possunt, quam vili pretio, maxima debita dissoluere?

Quot beneficia Christus in Passione sua nobis contulerit.

Verum vt hæc gratiarum actio sit fructuosior, expendes hic speciatim, quam insignia sint beneficia, quibus Christus in Passione sua nos decorauit, & pro cunctis illi gratias referes.

1.

Primum, ergo gratias ei persolue: quia vniuersum debitum tuum, iustitiæ rigore seruato, dissoluit, iuxta illud Regij Prophetæ. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Et illud Isaïæ. *Suscepit de manu Domini duplitas,* id est, homo pro animaduersione, quam merebatur, duplices de manu Domini suscepit remunerationes.

*Psalm. 68.
Isai. 2.*

2.

Secundò, quia te simul cum pretioso sanguine suo, vniuersorum meritum suorum fecit participem, vt illis vestiretis & omni gratia ditaretis.

3.

Tertiò, quia tristitia & afflictione sua, tibi, alijsque seruis & electis suis, in tribulationibus internam à DEO consolationem promeruit.

Qua-

Quartò, quia in horto sanctæ Ecclesiæ, humanitatem suam sanctissimam collocavit instar fontis vberissimi, tot riuis & canalibus extuberantis, quot sunt membra corporis, quæ voluit in Passione referari, maximamque sanguinis & gratiæ copiam profundere, vt decurrente illo non modo per animarum nostrarum terram sterilem & infœcundam, eam impinguaret, & fertilem redderet: verumetiam per vniuersam Ecclesiam, in ea, tam pulchram plantarum & fructuum varietatem, sanctos videlicet martyres, castas virgines, feruentes Confessores, aliosque vitæ sanctimonia & integritate insignes, produceret.

4.
Humanitas
Christi in
Ecclesia est
omnis gra-
tiæ fons.

Quintò, quia voluit spinis coronari, tum vt Martyribus, Virginibus, alijsque sanctis & electis omnibus, coronam gloriæ fabricaret: tum vt superbiæ, inobedienciæ ac propriæ voluntatis tuæ vulnera sanaret: tum denique, quoniam tu frequenter, (quantum in te fuit) à diuino capite coronam honoris & gloriæ quam ei reddere tenebaris, abstuleras, pro animaduersione tibi debita, voluit spinis coronari, vt tuum hoc scelus purgaret ac lueret, teque cælorum Regem efficeret.

5.
Christus vo-
luit spinis
coronari, vt
nos Reges
cælorum
efficeret.

Sextò, gratias age Christo, quia cum homines collum iugo ipsius non facile possent submittere, eò quod illud nimis aspe-

6.

rum & durum illis esse videretur, Crucis
baiulatione lene ac suaue illud reddidit.

7. *Septimò*, quia moriens in Cruce, quatuor
illius partibus, totidem mundi partes san-
ctificauit.

8. *Octauò*, quia durum Crucis tectum ele-
git, vt tu per omnem æternitatem in caelis
requiesceres: eademque Cruce sua iurati-
simos humani generis hostes, peccatum,
dæmonem, mundum, & carnem profligauit.

9. *Nondò*, quia morte sua nostram mortem
in vitam, & Crucem prius contemptam
& odio habitam, in gloriam commu-
tauit.

10. *Denique* gratias ei age, quia in Cruce se-
uerum & tremendum iustitiæ suæ tribu-
nal, in misericordiæ & remissionis tribu-
nal conuertit: in eaque montem quendam
pietatis constituit, in quo cunctas offen-
sas, quibus eum irritamus, nobis donat,
debita nostra dissoluit, bona opera nostra
meritoria efficit, & omnes tribulationes &
ærumnas præsentis vitæ liberaliter remu-
nerat.

IV. *Ad extremum CONSIDERA*, grati-
tudinis obligationem simul cum gratia-
rum actione, requirere operum corre-
spondentiam, id est, quoniam DEVS in
nostri gratiam, & salutis nostræ consti-
tuit.

Quid à no-
bis requirat
vera grāti-
tudo.

CONSIDERATIO VII. 565

tuendæ causa, tam multa & acerba fecit atque perpeffus est, decere, vt nos quoque gratos ei exhibeamus in promptitudine faciendi aliquid in gratiam, & obsequium illius.

Vt quemadmodum ipse, cicatrices & vulnera manuum, pedum, ac lateris, à corpore suo aboleri noluit: ita nos quoque nulla ratione patiamur à cordibus nostris illorum memoriam tolli: ac proinde libentes ac volentes omnem laborem, tribulationem, mortificationem ac pœnitentiam quacunque occasione nobis oblatam amplectamur: quia vbi hæc promptitudo vicissitudinem quoad fieri potest, rependendi deficit, deest quoque ipsa gratitudinis essentia.

DE AMORE, QVEM DEBEMUS Christo, eo quod ipse prior in Passione sua nos dilexerit: qui est tertius eiusdem Passionis fructus.

CAPVT III.

SI VERVM est, quod sanctus Hieronymus affirmat **DEVM** Patrem in omnibus actionibus suis aliud nihil spectare, nisi vt ardentissimum in nobis amoris erga filium suum ignem succendat; **DEVS** in cunctis operibus suis hoc potissimum agit, vt amemus Christum.

Nn 5 adeo

adeo ut dum cælos creat, illosque glorioso splendore conuertit: dum terram stabilis, eamque aspectabilem visuque iucundam reddit: dum filio regni sui possessionem tradit, illiusque moderationi totum permittit: omnia hæc idcirco agit, ut à nobis vehementissimo ac fortissimo amore diligatur. Hinc est quod, ubi in Habacuc Propheta de Christo differente,

Habac. 3.

te, legimus. *Cornua in manibus eius, abscondita est fortitudo eius,* septuaginta interpretes, pro vltimis verbis ita legunt. *Et posuit dilectionem robustam fortitudinis sua.* Cui versione sanctus Hieronymus astipulatur dicens: *DEVS Patris idcirco cooperuit calos, virtute sua, & terram impleuit laude, & regnum posuit in manus filij sui, ut faceret dilectum suum ab hominibus diligere, & diligere non leuiter, sed vehementer ac fortiter.*

S. Hier. in Hab.

Si ergo DEVS in operibus suis aliud nihil videtur agere, quam ut nobis amoris faces subdat, & nos quodammodo ad vnigenitum suum diligendum impellat, clarum & euidens est multo magis id affirmandum esse de Redemptionis nostræ opere, Passione ac morte Christi, perfecto: ut videlicet nihil aliud maiori contentione in hoc opere quæsierit, ne quicquam ardentius desiderauerit, quam

ut no-

vt nobis supra modum amabilem redderet vnigenam filium suum: faceretque vt ex admirabili hoc opere amoris fructum colligeremus, & vniuersas vires nostras ad correspondendum immenso amori, quem in eo demonstraui, conuerteremus.

PRIMUM igitur considera, semper fuisse tam flagrantem DEI erga homines amorem, vt pati nequiverit, eos amorem suum in aliam aliquam creaturam, præterquam in se, conuertere: ac propterea nihil in cæli ac terræ molitione, nihil in vnigeniti sui incarnatione ac Passione prætermisit, quo hominem posset obstringere ad hanc amoris vicissitudinem rependendam. Hinc est quod Isaias Propheta posteaquam DEVM pro nostri amore incarnatum esse dixisset. *Paruulus Isai. 9.*

natus est nobis, nec non passum & crucifixum. Et factus est principatus super humerum eius. mox subiungit zelum amoris huius, quem ab homine requirebat, eum ad opera hæc molienda impulisse. *Zelus Domini exercituum faciet hoc.*

SECUNDO considera, quam verum sit, Dominum amoris nostri maximo flagrare desiderio, nihilque aliud pro suæ Passionis & nostræ Redemptionis opere à nobis exigere, quam vt super omnia dili-

gatur:

I.

Amor DEI erga hominem.

II.

Passionem Christi à nobis amorem exigere.

Ioan. 25.

gatur: vnde apud Ioannem ait. *Sicut dilexi me Pater, & ego dilexi vos, manete in dilectione mea.* Vbi nota, similitudinem illam sine comparationem, quam Christus adfert de amore Patris in se, & suo amore in Patrem, in eo consistere: quod quemadmodum Pater illum ita dilexerat, ut ei naturam suam communicauerit; ita ipse quoque tam ingenti amore nos persecutus fuit, ut in morte sua semetipsum totum nobis communicauerit: ideoque vicissim exigebat, ut nos quoque pro virili, vehementer ac fortiter ipsum diligeremus, nosque totos illi traderemus, nam ideo subiungit. *Manete in dilectione mea.*

III.

Tormenta quæ Christus sustinuit amore clamare.

In fascic. amoris.

TERTIO considera, si sputa, irrisiones, flagella, cæteraque Christi tormenta amorem clamant, & amoris vicissitudinem à nobis postulant, quemadmodum pie contemplatur B. Laurent. Iustinianus: multo vehementius ac fortius hoc ipsum clamare & exigere Christi amorem: ut videlicet, toto corde, totisque visceribus ille diligatur, qui amore ad acerbissima hæc tormenta sustinenda impulsus fuit. *Clamant* (inquit ille) *sputa, irrisiones ac verbera, & super omnia amor, ut toto corde, totisque visceribus diligatur, qui pro dilectione, tantæ talia dignatus est perferre.* Hinc est, quod sanctus Ioannes Chrysostomus in hæc sancti

sancti Pauli verba, *Charitas Christi vrget me* affirmat, eum qui non percipit vim, quam animis nostris ad amandum Christi Passio infert, Lucifero dæmonum principi æquiparari posse, imo ipsummet Infernum esse.

2. Cor. 7.

Vbi notandum est, amorem DEI, vti sanctus Augustinus aduertit, procedere vsque ad contemptum sui ipsius, quemadmodum amor proprius peruenit vsque ad contemptum DEI, ideoque neminem posse reuera DEVM amare, qui semetipsum non oderit, iuxta illud testimonium Christi dicentis: *Qui non odit adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus.*

Lib. 14. de Civ. DEI cap. 28.

Luc. 14.

QUARTO considera, si vnigeniti DEI IV.

filij Passio, etiam in illis quibus incognita extitit adeò efficax fuit, vt inter Herodem & Pilatum amorem conciliauerit, nam cum antea essent inimici adinuicem, in die illa amici facti sunt. multò efficaciorẽ illam futuram, ad omnes, qui eam cognoscunt & maximi æstimant, in amorem Christi inflammandos.

Passio Christi Herodem & Pilatum amicos fecit. Luc. 23.

QUINTO expendete cum, nullum esse amorem illo præstantiorem, qui simul est operatiuus, ideoque decere, vt non tantum affectu Christum diligere satagas, verum etiam effectu, operam videlicet dando, vt

V. *Amor operatiuus est verus amor.*

do, vt externæ actiones tuæ, vera sint interni amoris tui signa & argumenta. Et quoniam ex ijs, quæ Christus nostra causa fecit, discere nos oportet, quid nobis pro amore illius faciendum sit: considerabimus aliquam eorum partem, quæ Christus, vti verus amicus, pro nobis operatus est, vt ex ijs, qualis & quanta sit nostra erga illum obligatio, colligamus.

I.

Quam multis in rebus Christus se nostrum amicum esse ostenderit.

CONSIDERA ergo *primum* verum amicum amorem suum demonstrare, aliquando muneribus amplis ac pretiosis; nonnunquam variorum laborum & molestiarum in amici gratiam perpessione: aliquando ita ei adhærendo, vt nulla ratione ab illius conuersatione disiungi queat; nonnunquam transformando se in voluntatem amati, totisque viribus enitendo, vt ei per omnia similis reddatur: omnia autem hæc & multò plura Christus pro nobis fecit: ideoque ad vicissitudinem amoris huic rependendam, conuenit, vt illi nosmetipsos in gratum munus offeramus, aduersitates occurrentes illius causa æquanimiter toleremus, cum illo assidue per longas & diurnas orationes, conuersemur, nosque in omnibus diuinæ voluntati ita conformemus, vt vnum cum illo reddamur.

Dein

CONSIDERATIO VII. 571

Deinde considera CHRISTI amorem fecisse, vt ab altissima maiestate sua descenderet, ad formam serui assumendam, quo nobis in cunctis necessitatibus nostris, atque in omnibus, quæ ad salutem nobis necessaria erant, seruiret: nam propterea infinitos labores, ignominias, & cruciatus, ad mortem vsque sustinuit: huic amori vt respondeamus decet, vt nos quoque totam vitam nostram in obsequium & seruitutem eius offeramus, ac desideremus quamplurimos nobis annos dari, quos ad seruitium illius, modo ei talis seruitus grata sit, impendere possimus: doleamus quoque nos hactenus nihil egisse, quod voluntati eius conforme & consentaneum fuerit, omniaque hæc perficere studeamus, non tam propter obligationem, qua ei ob accepta beneficia deuincti sumus, quam vt ardenti eius charitati, qua nos dilexit, gratum aliquid rependamus.

Tertio, expende tecum, amorem CHRISTI fecisse, vt in Passione omnem sanguinem profunderet, quo illum simul cum pretioso corpore suo in cibum homini relinqueret, vt in hac etiam

2.
Christus ex amore formam serui assumpsit.

3.
Christus ex amore homini in cibum se reliquit.

etiam vita pane cælesti, quo beatissimi spiritus in cælis reficiuntur, nutriuntur: in cuius amoris vicissitudinem, debet se homo liberum & ieiunum ab omni alio cibo, vti est voluptas & sensualitas omnium aliarum rerum conditarum, conseruare, quo dulcedinem ac suauitatem ciborum cælestis huius mensæ gustare valeat: idque non tantum ne obstaculum aliquod felicissimæ fruitioni diuinæ maiestatis ponat, verumetiam ne indignum aliquid tantæ magnificentia, quæ sufficientissima est, satisfaciendum omni appetitui nostro, admittat.

4.
Amor Christi fecit, vt tormentis suis cum ingenti tædio obuiam procederet.

Quartò, reuolue tecum, quod cum Christus plurimos & acerbissimos cruciatu passurus esset, amor illum impulerit, vti non magno cum gaudio & seruore, nonnulli SS. Martyrum fecere, sed magna cum mœstitia & tædio obuiam prodiret, vt quantò dolores erant nudiores ac puriores, tantò clariora amoris sui indicia nobis exhiberet. Huic amori, vt dignum aliquid rependas, paratus esse debes in Dei seruitio, sine culpa tuâ omne tædium, tristitiam, timorem sentire, atque in tribulationibus omni consolatione ac refrigerio priuari, quemadmodum Christo accidit: vehementerque erubescere, quod tam longè absis, à patiando aliquid pro illius amore.

Quintò considera, amorem Christi fecisse, vt sanguinem toto corpore sudaret, quo nimirum inde perspiceret, quanto pe-
rè illi displiceret scelerum tuorum enormitas, quamque ardenti flagraret desiderio, per passionem suam pro illis satisfaciendi. Huic amori vt vicissitudinem aliquam reponas, debes ex vna quidem parte carnem tuam peccatricem asperè tractare, inordinatas illius appetitiones refrænando, pro quibus expiandis Christus tanta perpessus fuit: ex altera vero, dum cernis Christum esse tam liberalem in sanguinis sui profusione, vt etiam, priusquam à carnificibus & tortoribus varijs tormentis eliceretur, propria spontè illum per sudorem sanguineum fuderit, debes tu quoque temetipsum & omnia tua liberaliter pro Christi amore donare.

5.
Amor efficit, vt Christus sanguinem sudaret.

Sextò expende tecum, quod Christus dira flagellatione omnia viscera sua patieri voluerit, vt tibi amorem suum tot signis, quot in corpore vulnera erant, demonstraret: Huic amori vt respondeas temetipsum promptum ac paratum offeres ad omnia flagella, quæ DEVS tibi immiserit; pro Christi amore æquanimiter toleranda; maxime cum videas illum vt agnum innocentissimum & nulli culpæ affinem pati, te vero omnium malorum reum esse.

6.
Christi vulnera, totidem amoris erant testimonia.

o o

Septi-

7.

Quantum
Christus
amorem
ostendat
per vulne-
ra sua.

Septimò reuolue tecum, Christum idcirco in toto corpore suo tot cancellos, verberibus atque vulneribus innumeris fieri voluisse, vt per illos tanquam cælestis sponsus, melius nos intueri, atque à nobis inspici posset: maximè per vulnus lateris, in quo tibi ostendit cor suum amoris igne succensum, vt te eodem amoris igne inflammaret: Cui amori vt vicissitudinem aliquam rependas, totis viribus quantum per humanam fragilitatem fieri potest, contendes, assiduis suspirijs, & inflammatis desiderijs DEO semper adhærere, & modicum illud temporis, quod tibi concessum est, in illius obsequijs impendere.

8.

Amor Christi inter dolores & opprobria triumphauit.

Octauò, considera Christum tui amore inter illusiones, opprobria, & dolores acerbissimos, voluisse spinis coronari, tanquam Regem, vt tibi daret intelligere, amorem suum in hisce supplicijs multò magis regnare & triumphare, quam Reges temporaneos in suis opibus & magnificentijs: Cui amori vt respondeas, rationi consentaneum est, vt idem hic amorem te impellat & permoueat, ad omnem voluptatem tuam in patiendo pro Christo, constituendam: & ad omnia illa detestanda, quæ mundus diligit & amplectitur, ad est, honores, famam, voluptates: ad desideria-

deranda denique totis viribus ea, quæ Christus amavit & complexus est, ut eò expeditius ad perfectionem, quam à te desiderat, ferri valeas.

Nonò, expende tecum, amorem effecisse, ut Christus ab Herode, & ab uniuerso exercitu eius, stultus ac mentis inops reputaretur: Cui amori ut vicissitudinem mutuam reponas, debes tu quoque idem velut reputari, & dicere cum sancto Paulo Apostolo. *Nos stulti propter Christum*. atque optare tibi talem mentem, ut contemni ac vilipendi propter Christum magnum reputes honorem & gaudium: qualis nimirum fuit in Apostolis, qui *ibant gaudentes à conspectu concilij, quod digni habiti essent, pro nomine IESU contumelià pati.*

9.
Christus ex amore stultus reputari voluit.

2. Cor. 4.

Act. 6.

Decimò, reuoluè tecum, Christum tui amore adeo Crucem dilexisse, ut priusquam mortem in illa oppeteret, voluerit eam sibi præsentari, arctissimè complecti, & veluti rem charissimam humeris suis ad montem Caluariæ deferre, nam in ea absconsi erant non parui excellentiarum, perfectionum, atque diuini amoris eius thesauri. Cui amori ut mutuum aliquid rependas, opus est, quandoquidem te discipulum eius profiteris, ut cum illo Hierosolymam exeas, id est, omnibus terrenis commodis renunties, quo Crucem

10.
Amor Christi erga Crucem.

O o z mor.

mortificationis, & cuiuscunque alterius aduersitatis siue confusionis cum Christo portare valeas: idque non ex mera necessitate, vti fecit Simon Cyrenæus, sed spontanea voluntate: neque tantum privatim, verumetiam publicè sicuti Christus contulit, considerando quam eximia bona locum adferat, quo sic eam diligas, & magnæstimes. Vnde clamat Apostolus: *Exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes.*

Heb. 13.

II.

Christus ex amore Crucis mortem elegit.

Vndecimò considera, Christum elegisse mortem Crucis, vt patefaceret tibi excessum infiniti amoris sui: sicut enim Crucis sine figuræ suæ destructione dilatari extendi potest, in omnes mundi partes atque termino per spatium immensum: ita infinita Christi charitas, effecit, vt in Cruce moriens dilataret (vt ita loquar) cor suum ad nos sine termino & mensura diligendos: quare si fieri potuisset, vt brachia, caput, pedes, atque alia illius membra, in Cruce in infinitum extenderentur, & ferarum corpus eius, infinitorum vulnerum capax esset, atque ex omnibus & singulis infinitum sanguinem profunderet, omnia hæc libenti animo, tui amore fecisset & tolerasset. Huic amori vt respondeas, debes humanitatem Christi crucifixi, omnia ex parte sanguine cruentatam diligenter intue-

intueri, & considerando charitatem, quam Christus hoc opere demonstravit, toto studio eniti, ut condignam inde sumas vindictam, non odij, sed amoris; quod facies, si feruentibus affectibus, & inflammatis desiderijs mortem & Passionem Christi in corde tuo, quoad fieri potest, stabilire ac radicare laboraueris.

Duodecimò expende tecum, amorem fecisse, quod Christus in Cruce penderet brachijs expansis, quo te ad illum confugientem complecteretur: capite inclinato, ut tibi osculum pacis porrigeret: pedibus conclauatis, ut te calcibus non repelleret, quemadmodum propter peccata tua merebaris: cui amori, ut vicissitudinem aliquam reponas, patiaris te ligari suauibus charitatis eius vinculis, omnia alia contemnendo: nam nobis huic amori assensum præbentibus, **D E V S**, per amorem, non modo cunctas imperfectiones & vitia nostra, verumetiam peccata omnia quantumuis graua sint, consumit, non aliter atque magnus ignis modicam paleam deuorat.

Ad extremum considera, Christum tantoperè dilexisse, tantique æstimasse Crucem propter te, ut, quo in illa perinde atque in throno regio manere ac residere posset, omnia reliquerit, cælum, vitam, hono-

12.
Christus in
Cruce nos
expectat.

13.
Christus a-
more Cru-
cis omnia
reliquit.

honorem, matrem, discipulos, amicos
 imo à Patre etiam derelictus fuerit. Cul
 vt respondeas & mutuum amorem repen
 das, deserendi tibi sunt honores, diu
 tiæ, parentes, amici, atque vt vno ver
 bo dicam, omnia, vt cum Christo in Cru
 ce assidue permanere, atque cum sancto
 Paulo Apostolo dicere valeas. *Mihi au
 tem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri
 IESV Christi, per quem mihi mundus cruci
 fixus est, & ego mundo.*

Galat. 6.

DE EXIMIIS CHRISTI
 virtutibus, in Passione illius maxime
 elucentibus: quarum cognitio est
 quartus fructus, ex eadem
 Passione colligen
 dus.

CAPVT IV.

*Christus fuit
 omni tem
 pore virtu
 tum specu
 lum.*

QV ANQVAM Christus omni tem
 pore singularium virtutum exem
 plar & speculum extitit: (vt pote
 qui ab ipso conceptionis instanti septiformi Spiritus sancti gratia repletus fuerat)
 nihilominus non erit extra rem, hoc lo
 co eas virtutes, quas in Cruce potissimum
 ostendit, speciatim expendere: nam illæ
 solæ, quatenus ad Passionem Christi spe
 ctant, ad nostrum faciunt propositum, &

possunt à nobis, tanquam fructus dignissimi sacrosanctæ Passionis eius colligi, non modò ad contemplandum, verumetiam ad perfectè imitandum.

PRIMO igitur considera, humilitatem profundissimam, quam Christus in toto Passionis suæ processu & ordine demonstravit: de qua vsqueadeo S. Paulus obstupescit: vt eam exinanitionem & annihilationem sui ipsius appellet: *Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens*: quia enim vera humilitas monstratur partim in conuersando cum personis abiectis, pauperibus, & contemptibilibus: partim in exercendo opera vilia & humilia: partim in subiuciendo se omnibus, eorumque contemptus & opprobria æquanimiter tolerando: cum Christus in Passione sua, perfectissimè illa impleuerit, recte Apostolus nominat hanc ipsius humilitatem, exinanitionem & annihilationem sui.

Intuere quam magna fuerit exinanitio: quia cum primus esset inter omnes homines, simulque **D E V S**, senouissimum illorum constituit: vnde in Apocalypsi de se ait: *Hæc dicit primus & nouissimus*. Neque tantum nouissimus & infimus inter homines reputari voluit, verumetiam minus quam homo: sic namque ait per Prophetam. *Ego vermis & non homo: opprobrium ho-*

I.
De Christi
humilitate.

Phil. 2.

Christus per
humilitatem cum es-
set summus
se omnium
infimum
constituit.
Apoc. 2.

Psal. 21.

Ch^{ri} hu-
militas fuit
voluntaria.

minum & abiectio plebis. Tantò autem lau-
dabilior atque admiratione dignior est
hæc Christi humilitas, quantò illa non
fuit necessaria, sed prorsus spontanea &
voluntaria, ad aliarum creaturarum ratio-
ne præditarum differentiam, quæ, vt fan-
ctus Bernardus ait, idcirco se humiliant,
quia omni humiliatiõne dignos se esse co-
gnoscent: at Christus licet se primum &
summum inter omnes esse non ignoraret,
nostri duntaxat amore humiliari, & mini-
mus omnium reputari voluit: *Ipse (inquit)*
se exinaniuit, ipse se humiliavit non necessitate
iudicij, sed nostri charitate. Voluntate prouidit
humilis fuit, & non iudicio, qui talem se oblit-
lit, qualem esse nesciuit: magis autem placuit
minimum reputari, qui se summum non ignora-
bat. Idque vt nobis præberet veræ humili-
tatis exemplum: quoniam mentis animi-
que submissio, & carnis mortificatio ho-
minem ad summum contemplationis fi-
stigium prouehunt.

Serm. 42. in
Cant.

Vires humi-
liratis.

Est autem humilitas tantæ fortitudinis,
vt faciat nos ingredi vias Domini rectas:
Atque hæc fuit vnica causa, quod Iudæi,
& Gentiles philosophi in Christum crede-
re non potuerunt; obstabat enim ingens
eorum superbia & animi elatio: de illis
namque sanctus Ioannes ait: *Quomodo vos*
potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipi-
ti.

Ioan. 5.

CONSIDERATIO VII. 381

ris, & gloriam, qua à solo DEO est, non quaeritur? De his autem sanctus Paulus Apostolus: Quia cum cognouissent DEVM, non sicut DEVM glorificauerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

SECUNDO expendet tecum, Christi placidissimam mansuetudinem, quam in Passione ostendit: quamque sanctus Petrus Apostolus secum reuoluens in Epistola sua ait: Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabitur: vnde non immeritò sanctus Ioannes Baptista illum Agnum appellat: Ecce Agnus DEI.

II.
De Christi mansuetudine.

1. Per. 2.

Ioan. 1.

Confidera hanc mansuetudinis virtutem Christo tam propriam fuisse, vt sanctus Bernardus, verba illa Cant. exponens. Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, affirmet, ex lilijs, in quibus Dominus, animarum sponsus amabilis pascitur, vnam esse mansuetudinem. Ad quam etiam ab eodem sponso, tanquam ad virtutem illi maximè propriam, inuitamur his verbis: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Neque immeritò ab illo ad hanc virtutem inuitamur: quia mansuetudo conseruat animam, & homines ab omni læsione custodit. Nam quemadmodum vas vitreum in molli aliqua re à fractionis

Serm. 70. in Cant.

Matth. 23.

o o s ctionis

Eccles. 10.

tionis periculo seruatur: ita anima mansuetudine conseruatur. Vnde in Ecclesiastico dicitur: *Fili in mansuetudine serua animam tuam*: sicut enim homo libentius in molli, quam duro lectulo somnum capit: ita DEVS in corde mansueti & mitis libentius requiescit, quam in corde asperi & crudelis, sancto Augustino attestante, qui occasionem ex illis Prophetæ verbis fumens: *Super quem requiescit spiritus meus?* ait: *Cor humilis est sibi, & delectabile cubile DEI.*

Æstimatione mansuetudinis Christi quanta sit.

Considera præterea pulchritudinem & æstimationem huius virtutis in Christo: talis enim ea fuit, vt per illam in Cruce regnauerit, & corda hominum sibi conciliauerit, & obsequentia reddiderit, iuxta illud Psalm. *Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna.* sed quomodo & quibus modis, Propter veritatem & mansuetudinem. Super quibus verbis dicit Tertullianus, Christum non alijs armis vniuersum mundum sibi subiugasse, quam facilitate ac mansuetudine.

*Psalm. 44.**Lib. aduers. Iudaos.*

Mansuetudo facit nos regnare in cordibus hominum.

Hunc modum regnandi in cordibus omnium conciliandique nobis hominum benevolentiam, à Christo discere debemus: vt nimirum simus mansueti, benigni, mites atque affabiles.

David

David Rex, (inquit sanctus Ambrosius) *Lib. 2. offic. cap. 7.*
 cum omnibus aquabat suam militiam, & partiebatur laborem, fortis in pralio, mansuetus in imperio, patiens in conuitio. Ideò non cecidit, quia charus fuit omnibus, & diligì à subiectis, quàm timeri maluit: timor enim temporalis turaminis seruat excubias, nescit diuturnitatis custodiam.

Aberrat ergò à vera gloriæ & honoris semita, qui per hanc mansuetudinis & affabilitatis viam, quam Christus exemplo suo docuit, non graditur.

TERTIO considera patientiam Christi fortissimam & diuturnissimam: per quam infracto animo sustinuit iniurias incredibiles, blasphemias horrendas, tormenta immanissima, dolores immensos, & mortem denique crudelissimam: idque sine vlllo vel minimæ consolationis refrigerio: præsertim cum ista pateretur ab ijs, qui propter singularia, quibus eos affecerat beneficia, tantò debuerant esse gratiores, quantò erant truculentiores & efferatiores. III. De Christi patientia.

Aduerte tam stupendam fuisse Christi patientiam, vt Tertulliano affirmante, ex illa sola vniuersus mundus colligere potuisset, illum esse verum DEVM: eò quod tam inuicta patientia, in nemine præ-

præterquam in solo DEO, inueniri potuisset. Quamobrem nonnulli ad singularem hanc patientiam respicientes, volunt de Christo accipienda esse illa Psalmistæ verba. *Prodigium factus sum multis.* Quia portento simile, ac summa dignum admiratione esse videbatur, cernere quod DEI filius cum acerbissimorum tormentorum perpeffione, tam admirabilem patientiam, animique stupendam tranquillitatem coniunxisset.

Psal. 70.

Ab admirabili hoc patientiæ exemplo, didicit sanctus Paulus cæteri que discipuli Christi, omnes casus aduersos æquanimiter tolerare. Hinc namque ait: *Maledicimur & benedicimus: persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramur.*

1. Cor. 4.

Quantorum bonorum effectrix sit patientia.

Ab eodem Christi exemplo, & nos veram in omnibus huius mundi ærumnis, laboribus, & aduersitatibus, patientiam discere debemus: nam vti Cyrillus Alexandrinus ait: *Patientia nobis omne bonum conciliat, & veluti pro nuba, viam ad probationem parat, ac spem in futurum seculum nutrit.*

IV.

De Christi obedientia.

Phil. 2.

QVARTA virtus fuit obedientia promptissima, quam sanctus Paulus Apostolus describens, his verbis alibi citatis vsus est. *Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis.* Nihil enim maius cogitari potest, quam necem, & necem contum.

tumeliosissimam qualis est Crucis, ex obedientia perpeti.

Quamobrem considera, quanti Saluator noster virtutem hanc æstimauerit, quam in omni vita sua iam inde ab incubulis, perfectissimè semper exercuit: nam patri suo putatiuo Iosepho, & matri obsequentissimus atque ad omnem nutum eorum omni tempore paratus fuit:

Et erat subditus illis. Ritus & cæremonias *Luc. 2.*
 veteris legis accuratissimè seruauit: *Non* *Matth. 5.*
veni soluere legem sed adimplere: Ad mortem vsque in perficienda Patris sui cælestis voluntate desudauit: *Opus consummaui,* *Ioan. 17.*
quod dedisti mihi vt faciam. Iniqui & pagani sententiam iniustissimam obedienter excepit: *Tradebat autem iudicanti se iniuste.* *1. Pet. 2.*

Ac denique sicut verus Isaac ad montem Caluarix se duci passus est, vt illic immolaretur ac crucifigeretur: vbi etiam carnificibus tam exactè paruit, vt, ne obedientix iacturam faceret, vitam amittere maluerit. Vnde sanctus Gregorius Papa inquit. *Ne perderet obedientiam, perdidit vitam.* *S. Gregor.*

QVINTA virtus fuit, paupertas extrema, cum honorum, dignitatum, terrenarumque rerum omnium perfecto contemptu: quamuis enim toto vitæ suæ decursu, paupertatis vsque adeo amator extite-

V.
 De Christi
 paupertate.

Matth. 8. titerit, vt de se dixerit: *Vulpes foueas habent, & volucres caelinos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet:* nihilominus virtus hæc sanctæ paupertatis multo præclarius in morte eius resplendit, quando prorsus nudus, & vestimentis etiam suis spoliatus in Cruce pependit, quando ne vnicam quidem aquæ guttulam, qua sitim restingueret, habuit: quando dura Cruce pro lecto, & corona spinea pro cervicali vsus fuit: quando denique non modò honores nullos concupiuit, verumetiam omnis contumeliæ & contemptus, quæ sub hominis imaginationem cadere potest, scopum siue signum sese constituit.

VI.

De Christi
magnanimitate &
fortitudine.
Apoc. 5.
Genes. 49.

SEXTA virtus fuit, magnanimitas & fortitudo illius constantissima, quæ talis exitit, vt propterea leoni robusto & victrici comparetur. *Vicit Leo de tribu Iuda.* Et in Genesi. *Sicut Leo accubabit super li mi.*

S. Leo Papa.
S. Bernard.

Fortitudinem & magnanimitatem hanc ostendit Christus, non tantum in prædicanda intrepido animo veritate, & sufferendis constantissimè immanibus supplicijs & tormentis, verumetiam vt sancto Leoni, sancto Bernardo & alijs placet, in non descendendo de Cruce, quamuis ad hoc improperijs aduersariorum stimularetur

retur: *Si filius DEI es, descende de Cruce. Et* *Matth. 25.*
 apud Marcum. *Christus Rex Israel, descendat* *Marc. 15.*
nunc de Cruce, ut videamus & credamus.

SEPTIMO considera, quam ingens **VII.**
 fuerit in Passione, misericors Christi liberalitas, & liberalis misericordia: non enim *De Christi misericordia & liberalitate.*
 satis ei fuit ex ingenti miseriarum nostrarum compassione de cælis descendisse in Xenodochium, & obscurum carcerem huius mundi, ibique innumeris & præclaris beneficijs nos ornasse, infirmos curando, mortuos suscitando, famelicos pascendo, ignorantes instruendo, peccatores iustificando, afflictos recreando, nosque propter flagrans desiderium, quo cunctis illorum necessitatibus subuenire cupiebat, ad se inuitando. *Venite ad me omnes, qui laboratis & o. Matth. 11.*
nerati estis, & ego reficiam vos: non, inquam, suffecerunt illi omnia hæc, sed eousque processit liberalis charitas & misericordia Seruatoris nostri, ut in Cruce pendens & morti proximus, non tantum crucifixoribus suis omnem iniuriam donauerit, verumetiam apud Patrem illos excusauerit, ac pro eis intercesserit: nobis quoque vniuersum sanguinem suum simul cum vita impertitus fuerit: profundendo illum liberaliter nostri amore.

OCTA-

VIII.

De zelo
Christi.Ioan. 2.
Psalm. 68.

Ioan. 8.

Ibidem.

Ioan. 18.

Luc. 22.

IX.

De siti salu-
tis humane,
que in Chri-
sto fuit.

OCTAVA virtus fuit zelus ingens, quo DE I gloriam zelabatur, qui tantus extitit, vt etiam interiora eius assiduo depasceret, atque consumeret: quamobrem vsurpare potuit dictum illud Psalm. *Zelus domus tua comedit me*: Zelum hunc in omnibus actionibus suis ostendit: nonnquam profitendo se non quæere gloriam suam sed Patris: *Non quæro gloriam meam*, quia videlicet cuncta in DEVM referebat; aliquando laudem & honorem Patris de omnibus tribuendo: *Ego honorifico Patrem meum*. quandoque affirmando regnum suum non esse mundi huius: *Regnum meum non est de hoc mundo*: quibus verbis significare voluit, verum regimen, non in vana gloria & mundi honore consistere, sed in procurando, vt DEVS regnet in omnibus, sanctissimumque nomen illius à cunctis sanctificetur & glorificetur; quemadmodum in oratione Dominica oramus his verbis: *Adueniat regnum tuum*. Huius denique zeli gratia voluit in altari sanctæ Crucis totum consumi atque extingui.

NONA virtus fuit sitis ardentissima, quæ Christus salutem nostram omni tempore concupiuit: propter quam, nullo status sui, aut laborum quorumcunque respectu habito, totam Iudææ & Galilææ regionem perambulauit, aliud nihil agens, quam

CONSIDERATIO VII. 589

quam vt salutem nostram curaret: eadem impulsus neminem vnquam, quantumcunque flagitiosum, vitauit, vel repudiavit, quemadmodum ex longo cum Samaritana & alijs habito sermone, euidenter liquet. Porro hanc sitim multò excellentius ostendit in Cruce, quando dixit: *Sitio*: *Luc. 19.* & quando vnica sanguinis guttula humanum genus redimere valens, sanguinis flumina ex omnibus corporis partibus profudit: vt sanctus Bernardus testatur dicens: *Siquidem non gutta, sed vnda quinque per partes corporis emanauit*: Imo ad sitim hanc restinguendam non satis ei fuit, omnem sanguinem dum viueret donasse, sed voluit quoque post mortem latus lancea fauciari, vt inde quicquid erat residui sanguinis cum aqua proflueret. *Serm. 22. in Cant.*

AD EXTREMVM considera, flagrantissimam Christi charitatem, quæ est vinculum aureum, omnes hasce virtutes simul colligans. *Vinculum perfectionis est charitas*. Hæc autem in sacratissima Christi passione maximè eluxit: & talis omnino fuit, vt nec verbis explicari, nec intelligentia comprehendi queat, iuxta illud sancti Pauli. *Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi*. Veruntamen, quoniam de illa pluribus in locis, vt occasio ferebat, in præcedentibus tractatum fuit,

Pp

fuit, nihil hoc loco adijciam; sed tum hanc, tum alias innumeras virtutes, quæ ex sacratissima Christi Passione erui queunt, ne iusto longior sim silentio inuolvens deuoti Lectoris piæ considerationi eas relinquam. Sufficit namque mihi breuem methodum tradidisse, quomodo inde elici queant, vt maiori cum fructu ad earum imitationem, de qua sequenti capite agetur, se quisque comparet.

DE QVINTO FRVCTV
ex Christi Passione colligen-
do, qui est: Imitatio.

CAPVT V.

Quantopere
deceat nos
Christum
imitari.

SI Regum & Principum terrenorum subditi, adeo prompti & parati sunt ad Dominorum suorum imitationem, tum in moribus, tum in difficilimis & arduis conatibus, vt verè propterea dictum sit: *Regis ad exemplum totus componitur orbis*: quanto dignius & rationi conuenientius erit, vt omnes Christum Regem cælestem & æternum sequantur, non modò in eximijs, quas nobis prætulit, virtutibus, verumetiam in glorioso sed difficili conatu expugnandi carnem, mundum, & dæmonem, atque

CONSIDERATIO VII. 591

que in hunc finem vsurpandi arma sanctæ Crucis, id est, tribulationes & pœnitentias: nam Christus vt exemplum nobis præferret, nosque ad imitationem sui animaret, labores, cruciatus, & tormenta innumera, vsque ad extremum in Cruce spiritum sustinere voluit: Sancto Petro Apostolo attestante, cum ait: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Pro conclusione igitur operis huius, agemus hoc capite de modo, quo Christus nobis imitandus est, & de stimulis, quibus ad hoc vrgemur, nec non de necessitate, quæ nos ad idem constringit; hæc enim imitatio videtur esse vnicus fructus, qui à nobis desiderari potest.

PRIMO igitur considera, cum Christus I. fit Pater noster, quia omnes nos condidit & Passione sua regenerauit, iustum & rationi consentaneum esse, vt omnes, quoad fieri potest, illum imitari, moresque illius exprimere satagant. Vnde per Ieremiam Prophetam DEVS ait: *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.* Verum obijciat aliquis: hunc Patrem nostrum, quia non tantum homo sed etiam DEVS est, instar gigantis procedere, ideoque nos imitatione nostra ad ipsum vsque pertinere, illumque æquis passibus adæquare

Christum nos imitari decet, quia Pater noster est.

Jerem. 3.

Psalter. 136.

Cant. 1.

Christus tā-
quam colū-
ba odoribus
imbuta ad
caelum nos
trahit.

Ioan. 12.

*Serm. de
Pass.*

*Psal. 44.**Ioan. 16.*

non posse. Id quidem certum est, at quo
peruenire non potuerimus, illic haerentes,
cum sponsa vociferabimur: *Trabe me post
te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Vbi aduerte non ineleganter appellari à
sponsa virtutes Christi, vnguentum: ve-
pote quæ spirent de se odorem adeo su-
uam & delectabilem, vt animas sanctas ad
eorum imitationem trahat. Etenim vt
sanctus L E O Papa in illa Christi verba,
*Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad
meipsum,* obseruauit: Christus in Passione
sua ita se gessit, vt illi, qui alienas colum-
bas ad se allicere ac trahere nituntur: vnam
etenim vnguentis quibusdam odoriferis
imbuunt, vt aliæ suauis hoc odore attraxerit
illam sequantur: ita quoque Christus Do-
minus noster, vnctus fuit omnigenis gra-
tiji & donis Spiritus sancti. *Vixit te Deus
oleo letitiae.* ex qua vnctione maximam de
se fragrantiam Passionis tempore spirauit,
ideoque velut columba vnguentis delibuta,
imitatores suos per veram caelestis reg-
ni & æternæ beatitudinis semitam deducit:
de qua loquebatur cum diceret. *Exiit
Patre & veni in mundum,* vt familiariter vo-
biscum agerem & conuersarer: *iterum re-
linquo mundum & vado ad Patrem,* vt veram
vobis semitam, ad caeleste regnum ducen-
tem ostendam. Ipse quoque velut more-
facto-

Q̄ columba discessit aliquando, & iterum reuersus fuit ad nos. *Ego vado, & iterum veniam ad vos*: quia de cælo descendit in terram, & à terra posteaquam odores suos sparsisset, ascendit in Crucem, hîc vero alas, id est, sacratissima brachia sua extendit, vt animæ sanctæ fragrantia virtutum illius prouocata, multò promptius illum sequerentur & imitarentur: ac propterea rectè inquit sponsa. *In odorem vnguentorum tuorum curremus.*

Considera præterea, non tantum decere, vt Christum moribus exprimamus, quia verus Pater noster est, & nos pretioso sanguine suo regenerauit, multisque artibus & medijs, cum magno sui ipsius dispendio, egit, vt nos ad similitudinem suam ad quam nos creauerat, traheret ac reduceret: verum etiam quia ad hoc sæpe numero nos adhortatur, imo id ipsum præcipit dicens: *Discite à me, quia mitis sum & Iohan. 13. humilis corde*: neque tantum verbis monet, sed exemplo quoque præit & incitat. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*: vbi rectè dicit, *faciatis*, quia, vt sanctus LEO Papa inquit: *Forma conuersationis fidelium, ab exemplo venit operum diuinorum: & merito Dominus imitationem sui exigit ab eis, quos ad imaginem & similitudinem suam fecit.*

Christus ad imitationem suam verbo & exemplo nos adhortatur.

Serm. 7. de Quadrag.

II.

Imitatio
Christi est
ve. a ad cæ-
leste regnū
semita.
Luc. 9.

SECUNDO expendetecum, nos non modò ad Christi imitationem rationibus supradictis astringi, verumetiam quia non est alia ad cæleste regnum, & salutem semita, quam Crucis. Ipse namque ait: *Qui vult venire post me abneget semetipsum, & relinquat Crucem suam & sequatur me.* Idem sanctus Paulus Apostolus affirmat, cum dicit **DEVM** prædestinasse & decreuisse, ut illi, quos ad cæleste regnum elegit, conformes fiant imaginis Filij eius, id est, per semitam passionis & omnium virtutum satagant illum imitari: hi autem sunt verè Sancti, quibus omnia conuertuntur in bonum, & omnia facilia, suavia, & iucunda redduntur. *Omnia, inquit ille, cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti, nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.*

Rom. 8.

Quantum igitur quisque salutem consequi desiderat, tantum necesse est ut emittatur, Christi vestigijs inhærere, qui tanquam fortissimus pugil, præcedit nos, Crucem humeris gestans, & omnem viam asperitatem omnesque difficultates nihil pendens: quamvis certò nosset sibi supplicia & tormenta immanissima, ac mortem denique omnium contumeliosissimam in illa impendere. Nec potest quisquam præ-

text-

texere, quod Christum per semitam per-
 pessionis & virtutum sequi non valeat:
 cum Christus ipse ad iugum hoc in hume-
 ros tollendum nos inuitet: *Tollite iugum* *Matth. xi.*
meum super vos: polliceatur quoque onus
eius, per merita sua, nobis suaue futurum:
Iugum enim meum suaue est, & onus meum le-
ue. Quod vt intelligatur sciendum, ob ean-
 dem rationem, propter quam **D E I** s ali-
 quid iubet, id quod imperatum est, facile
 reddi, quamuis ex se difficile sit: quia cum
 præcepto, simul gratiam, ad illud seruan-
 dum necessariam, multò facilius imperti-
 tur, quam si non præcupisset.

Impositum fuerat homini iugum gra-
 uissimum ad portandum, quod quatuor
 potissimum in rebus consistebat: *Primò*,
 in lege **D E I**, & præceptis, statutis at-
 que ordinationibus diuinis: *Secundò*, in
 afflictionibus intrinsecis animæ: *Tertiò*,
 in doloribus & infirmitatibus corporis:
Quartò, in aduersitatibus, tribulationi-
 bus, persecutionibus, & tormentis, quæ
 præter supradicta sustinere poterat: at
 iugum hoc cæteræque præsentis vitæ pœ-
 næ ac molestiæ, propter peccatum illi im-
 positæ fuerant, ideoque asperæ & graues
 erant.

At posteaquam Christus venit, & iu-
 gum hoc, amore hominis tulit, adeo

PP 4 leue

Iugum ho-
 minis qua-
 le fuerit.

Isai. 10.

leue & suaue illud reddidit, vt meritò illud Isaiaè dici possit. *Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo & computrescet iugum à facie olei.* Quamobrem quantò maior est abundantia & plenitudo gratiarum, qua DEVS nos impartitus est, & quantò maiora sunt media & opitulationes diuinæ, quibus dulcem & facilem nobis reddit hanc perfeccionis semitam: tantò magis inexcusabiles sumus, per viam imitationis Christi non gradiamur.

Confidera igitur, quantum quisque salutis suæ cupiditate flagrat, tantum opus esse desiderio necessarium esse, vt Christi crucifixi vestigijs insistere, eandemque, quam ille iniuit, viam tenere labore: tum quia hæc est vera, secunda & vnica salutis & æternæ beatitudinis semita. Vnde sanctus

*Serm. 9. de
Quadrages.*

LEO Papa inquit. *Certa atque secunda est expectatio promissa beatitudinis, vbi est participatio Dominice Passionis:* tum quia si non ambulauerimus per hanc imitationis Christi semitam, condemnabimur ad æterna gehennæ incendia, tanquam qui Christo vinci non simus, sed ei aduersemur: *Qui non est mecum, contra me est:* & qui non modò nul-

Matth. 12.

lum ex donis ipsius fructum colligamus, verumetiam merita illius aspernemur & dispergamus: *Qui non congregat mecum,*

Ibidem.

spargit.

TER

TERTIO reuolue tecum, si Christo, III.

(qui erat Dominus cælorum & Rex gloria, atque legitimus regni cælestis hæres, quia DEI filius), vt regnum suum ingrederetur, & gloriosam illius possessionem acciperet, necessarium fuit supplicia & cruciatus acerbissimos perpeti, ac in ligno Crucis mortem oppetere, quemadmodum ipse ait. *Nonne hac oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* quomodo nos serui rebelles, qui nullum ad hanc hæreditatem ius prætere valemus, eandem sperare poterimus, nisi illa per imitationem vitæ Christi, & per merita eius nobis concessa fuerit?

Christo necessarium fuit pati, vt regnū suum introiret.

Luc. 24.

Aduerte igitur, si velimus in sempiterna hac hæreditate partem habere, opus esse, vt eisdem virtutum Christi insignibus atque indumentis nos vestiamus: sic enim efficimur per gratiam DEI filij, vti sanctus Ioannes testatur dicens: *Vt filij DEI* 1. Ioan. 3. *nominemur & simus*: Si autem facti fuerimus filij, erimus quoque securi nos hæredes futuros esse: Sancto Paulo Apostolo attestante: *Si autem filij, & hæredes.* Rom. 8.

Considera denique, verum indicium prædestinationis esse, cum Christo pati, quia quisquis in præsentī vita eius in paupertate, contemptu, tribulationibus, & passionibus socius extiterit: ad eandem

Indicium prædestinationis est libenter pati.

PP 5 quo-

quoque postea, sempiternarum consolationum possessionem admittetur, & dignus erit, qui hæc à Domino verba audiat.

Matth. 25. *Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.*

IV.

Imitatores
Christi erūt
socij trium-
phi simul cū
Ss. Martyri-
bus, Confes-
soribus, &
Virginibus.

QUARTO considera, quam sit ratio-
ni congruens, Christum in Passione imita-
ri, eò quod hac ratione futuri simus socij
& consortes triumphj innumerabilium
exercituum Sanctorum, Martyrum, Con-
fessorum, & Virginum: qui velut totidem
Christi milites & equites robustissimi ve-
stigijs eius in omnibus laboribus, passioni-
bus, ac supplicijs, inhæserunt: adeo ineffa-
bili cum gloria & honore suo, vt Regius
Propheta Dauid dicat. *Nimis honorati sunt
amici tui DEVS, nimis confortatus est prin-
cipatus eorum.* Etenim cum secum expende-
ret honorem, quo DEVS imitatores Chri-
sti filij sui affecturus erat, plenus stupore,
nesciebat quo eum nomine appellaret, nili-
nimum: partim quia in spiritu cernebat
multo honoratiorem futuram esse parti-
culam laceræ vestis, aut calceamentum ve-
tustate consumptum, alicuius serui DEI &
imitatoris Christi: necnon catenas, carce-
res, scorpiones, quos pro amore illius tole-
rarunt, quam regna & monarchias vni-
uersi orbis: partim quia animaduvertebat,
quan-

Quis Deus
estimet
Christi imi-
tatores.

quanta illos DEVS in estimatione haberet, utpote qui etiam capillorū capitis eorum curam gereret: iuxta illud: *Vestri autē capilli Matth. 10. capitis oēs numerati sunt: Capillus de capite vestro non peribit. Luc. 21.*

Cōsidera ergo quanta sit fo-cordia & pusillanimitas tua, si nō serio te-cum statuis Christum veritatem & vitam imitari, atque in numerum nobilis & glo-riosa huius societatis adscribi, deserendo vanas caducas & terrenas ambitiones, & glorias transitorias, quas magnipendis, & pro quibus acquirendis, tota contentione desudas. Expende præterea si eximiū hunc honorem, ad quem te modò Christus, vnā cum electis suis inuitat, per sui imitationē, in perfecto tui ipsius contemptu, & passio-num tolerantia, refutaueris, te aliquando summo cum dolore illud quod in lib. Sa-pientię scriptum est, dicturum esse: *Nos in-sensati, vitam illorū estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: illorum videlicet, qui Crucem Christi sequebantur: ecce quo-modo computati sunt inter filios DEI, & in-ter sanctos fors illorum est.*

Confusio
qualis eorū
futura sit,
qui Christū
nō sequun-
tur.

Sapient. 5.

QVINTO reuolue tecum, si honor & ra-tiones ante dictæ magna sunt nobis incita-mēta ad Christi vestigia insequenda, mul-tò maius calcar & incitamentum nobis esse debere præmiū inestimabile, q̄ Christum imitantibus promittitur. Pollicetur nam-que

V.
Maximum
præmiū
imitatori-
bus Christi
promitti-
tur.

que

que DEVS se mercedem illorum futurum: *Ego merces tua magna nimis.* Merces, verè magna nimis, quam imitatoribus suis DEVS impertitur; tanta namque est, vt nemo alius quam DEVS ipse valorem illius comprehendere valeat: nam, solus DEVS, qui est merces, potest æstimare & cognoscere plenè semetipsum & gloriam suam. Vnde rectè ait Apostolus. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit DEVS ijs, qui diligunt eum.* Merces hæc in sacris literis gaudium Domini appellatur. *Intra in gaudium Domini tui:* vt nimirum ille, qui particeps fuit laborum cum Christo, sit quoque consors gaudiorum illius. Erit autem tale hoc gaudium, vt Christus illud ijs, qui festiuis conuiujs & epulis delicatis se oblectant, comparauerit. *Ego, inquit, dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* non quasi illic, vt Poëtæ fabulantur, exquisitissimorum ferculorum, nectarique & ambrosiæ, magnus apparatus futurus sit: sed quia delectatio animæ multò copiosior erit, quam esse solet corporis in manducando & bibendo, si mensæ Regiæ opiparis ferculis & generosis vinis instructæ assideat: tum etiam quia anima beata semper adhærebit DEO, nec ab illo vnquam

Genes. 15.

1. Cor. 2.

Matth. 25.

Gaudium
animæ
beata.

Luc. 22.

CONSIDERATIO VII. 601

quam separabitur, sed clara visione ita eum cernet, vt plenissimè fruitura sit ipsius præsentia & vniuersa gloria: diuina quoque maiestas vnâquamque animam sanctam suauissime visitabit, ac semetipsum ei communicabit.

Merces verè obstupenda & admirabilis, in qua est sanitas sine infirmitate: *Qui Psalm. 102. sanat omnes infirmitates tuas: satietas sine fastidio. Satiabor cum apparuerit gloria tua: Psalm. 16. libertas sine seruitute: Creatura liberabitur Rom. 8. à seruitute corruptionis, in libertatem gloria filiorum* DE I. In hoc denique gaudio, tota actio & exercitium Sanctorum, erit perpetuus quidam iubilus, iuxta illud dictum Psalmi. *Beatus populus qui scit iubilationem. Psalm. 88.*

Perpende igitur tecum, si DEVS præmium hoc tam magni æstimat, quemadmodum ex paulò ante citatis verbis liquet: *Ego merces tua magna nimis: quanti Genes. 28. idem à nobis æstimandum sit, adeoque credendum, non vile sed vehementer charum illi esse opus, cui tam ingens & inæstimabile bonum, quod omnem humanam & Angelicam intelligentiam vincit, promittitur. Vnde sanctus Paulus Apostolus, 2. Cor. 2. præmij huius atque mercedis excellentiam considerans, quamuis esset flumen quoddam eloquentiæ, videbatur sibi tamen*

men

1. Cor. 2.

men verba quibus eam explicaret, inuenire non posse, ideoque magno cum stupore in illam tantummodo exclamationem prorupit. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit DEVS, ijs qui diligunt eum.* Quamobrem si exigua lucri spes, si voluptas rerum terrenarum ac transitoriarum incitamento nobis est, ad praecleara & heroica opera molienda, quales nobis stimulos subdet, bonum infinitum, caeleste & aeternum? praesertim cum illud exiguo labore conquiri possit, Christo affirmante & dicente: *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.*

Ioan. 24.

Quare quanto maius est praemium, & labor in eius acquisitione minor, tanto magis reddimur inexcusabiles, & aeterna confusione atque castigatione digni, si imitationis defectu & negligentia, illud adipisci non studuerimus.

VI.

Delectabile est Christo videre nos pro illius amore & imitatione aliquid patientes.

2. Tim. 2.

AD EXTREMUM considera, ad Christi vestigia insequenda & Crucem aduersitatum nostrarum ferendam nos super omnia incitare debere voluptatem, qua DEVM afficimus, & gratum obsequium quod ei praestamus, dum hac in re beneplacitum illius exequimur: quia enim decreuit, ut non coronetur, nisi qui legitime certauerit, quemadmodum ipse fecit:

CONSIDERATIO VII. 603

cit: maximam ex eo percipit voluptatem, quod videat nos per simile certamen, ad coronæ honorem pertingere.

Considerabis ergo, cum Christus in mundum venerit, vt Passione sua peccati & dæmonis Regnum exterminaret: virtutumque Regnum plantaret ac stabiliret: te per susceptionem sacri Baptismatis ab illo constitutum fuisse, in palæstra huius mundi, tanquam militem, vt aduersum hostes eius configeres; ipso è cælis, velut augustissimo teatro, cum vniuersa cælesti curia certamen tuum despiciente, & auxilium vt ex hoc tentationum conflictu victor egrediaris, omnesque persecutiones molestias, & passiones superes, suppeditante: quemadmodum fecit Stephano, qui cum lapidibus obrueretur vidit cælos apertos, & I E S V M stantem à dextris D E I, tanquam ad opem ferendam paratum. *Ecce video calos apertos, & I E S V M stantem à dextris virtutis D E I.* volupe namque est illi cernere diabolum per te, gratia sua adiuuante, profligari, carnemque & mundum superari.

Per baptis-
mū nume-
ramur integ-
milites
Christi.

Act. 7.

Quamobrem considera, cum semper in præsentia summi D E I & omnium cælestium ciuium consistas, quam viriliter tibi decertandum sit, non modò utilitatis tuæ causa: quoniam ex hoc conflictu omne bonum

Honor ve-
rorū Chri-
sti mili-
tum.

bonum vel malum tuum dependet, prout viceris vel superatus fueris: dicente Domino per Prophetam solis victoribus premium esse conferendum. *Vincenti dabo manna absconditum.* Et Apostolo affirmante solius bonum operantis esse gloriam & honorem. *Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum.* Verumetiam propter gaudium & gloriam, quæ inde resultat DEO & sanctis Angelis ac reliquis cæliciuibus: nec non vt applices tibi merita sanguinis Christi, qui pati voluit, vt tu imitationibus victor euaderes, & per imitationem virtutum illius perenniter cum ipso triumphares, dicente Apostolo: *Scimus quod similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.* Nam vestigia eius insequendo, videbimus eum, & videndo esse illius participes erimus, eoque in omnem æternitatem perfruemur: præstante eodem Domino nostro IESU Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula benedictus.

AMEN.

*Laus DEO optimo & maximo beati-
quæ Virgini MARIAE.*

INDEX